A. 2. *Turpitudo monſtratur in ſervo iſto Regio, qui Beneficij in ſe modò collati immemor, fuit* ——
- 1. Inhumaniſſimus. *Conſervum enim qui centum ſibi tantum denarios debebat, peſſimè excepit, v. 28.*
- 2. Crudeliſſimus. *Supplicem namq; conſervum, v. 29.*
  - 1. *Non audiit, v. 30.*
  - 2. *In carcerem conjecit, ibid.*

3. *Inutili.* Proponitur *hoc Argumentum.*
- 1. ὑποθετικῶς *in exemplo immiſericordis iſtius Servi, qui à* ——
  - 1. *Conſervis ſuis apud Dominum ſuum de injuria, conſervo illata, accuſatur, v. 31.*
  - 2. *Domino ſuo*
    - 1. *Citatur, v. 32.*
    - 2. *Reprehenditur, v. 32. 33.*
    - 3. *Punitur, v. 34.*
- 3. Θετικῶς· *Sic & Pater meus &c: v. 35.*

XXIII. poſt Trinit. Ev. Matth. *22, 15 —— 22.*

Deſcribitur h. l. Cõſilium quoddã Phariſaicum adverſus CHRISTUM *initum. Obſervetur itaq; ejus*
- 1. Captatio, *facta*
  - 1. *Quando: Tunc (cum* DOMINus *ſuam de Regiis nuptiis abſolviſſet Parabolam) v. 15.*
  - 2. *A Quibus: Phariſæis: v. 15.*
  - 3. *Quo fine: Ut illaquearent* JESUM *in ſermone, ibid.*
- 2. Manifeſtatio. *Attende hîc manifeſtetur,*
  - 1. *Per quos: Diſcipulos Phariſæorum, Herodianis ſtipatos, v. 16.*
  - 2. *Cui:* DOMINO JESU, *ibid.*
  - 3. *Quomodo: Oratione fraudulenta: cujus duæ ſunt partes:*
    - 1. *Exordium* ἐγκωμιαστικὸν· *Captant enim benevolentiam à Commendatione* CNRISTI, *propter* ——
      - 1. *Excellentiam doctrinæ:* Διδάσκαλε *&c. v. 16.*
      - 2. *Studium & propagationem Veritatis inculpatam: Scimus quod verax ſit & viam, &c. ib.*
      - 3. Ἀπροσωποληψίαν· *ibid.*
    - 2. *Propoſitio interrogatoria de jure: Licetne cenſum dare Cæſari, nec ne? v. 17.*
- 2. Diſſipatio, *vide* B.

B. 3. *Diſſipa-*